



# PRÆFATIO

ad Benevolum Lectorem.

**O**pusculum hoc, Catholicæ potissimum Juventutis, in Societatis nostræ Gymnasiis instituendæ, usibus destinatum eò collineat, ut tenera hæc ætas brevi, captûque haud admodum difficili de variis Regnis, & Orbis Regionibus notitiâ jam nunc imbuatur. Æquum porrò videbatur, ut Germanica juvenus de suamet patria aliquantò plenioreruditionem hauriret, quàm de exterorum historiis. Ea causâ est, cur de Germanorum regno nonnihil fusiùs agatur. Benevolus Lector amicè convenitur, uti meminisse iterum non gravetur, etiam hoc quartum Opusculum æquè ac priora, non nisi Rudimentum esse & experimentum, quo demum faciliore modo nostra Catholica Juventus citra dispendium consueti Laboris Scholastici ad historiarum cogni-